

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Petra denùo percussa stillat copiosé Quintum opus Marianum

Geisler, Benedict

Augustae Vindelicorum, 1744

Admodùm Reverendo, Religiosissimo, ac Eximio D. Authori Confratri sue
Colendissimo

urn:nbn:de:bsz:31-34170



Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Eximio
D. Authori Confratri suo Colendissimo,

Judicium Paridis, spretæque injuria formæ
Altâ Junonis mente repôsta manet,
Mente repôsta manet: coquit implacabilis iras;
Temnere, disce, quid est, temnere disce Deam.
Sunt *Tria*, sunt aureis, quidni? dignissima pomis,
Quæ, præclare, tuum continet, Author, Opus:
Est *Ars*, est *Brevitas*, nec non *Dulcedine condis*,
Instruis, & *recreas*, sed brevitate *places*.
Quàm *belle turbas belli* quàm consonat inter
Arte sonante sonus, Marte tonante tonus!
Orpheus arte *feras*, tua blanda *sinistra** tyrannis **sinistrâ ludic fidibus*.
Effera Mavortis pectora, *dextra* movet:
Quàm benè dextra manus! quàm *dextra sinistra!*
Mitigat illa *feras*, mitigat illa *Deum*.
Artem quæris? inest: at non caret ista sapore,
Sic sapit, ut sapiat, sic sapit, ut recreet.
Unò qui potuit, brevis est, concludere *trinum*.
Artis Opus: *trinum*, sufficit *unus*, habes.
Dic mihi (nam gaudet frater *Confratris honore*)
Aurea si quis det munera, cujus erunt?
Munera cujus erunt? alio sub *Judice* lis sit,
Arbiter in causa sis *Pari*, quæso, *pari*.
Vox aliena tuæ cantet præconia laudis,
Consona sit *voci* *vox* aliena meæ:
Es brevis, *es facilis*, *suavis* *Jucundus es idem*,
Pagina dic nobis, quî *brevis* ista capis?
Omnia cùm capias, quidquid *capit* ambitus artis,
Non *capies* laudes tu tamen ipsa tuas.
Omne tulit *punctum*, qui miscuit *utile dulci*,
Quidni? sit proprium hoc, *omne tulisse*, tibi?
Omne *tulisti*, Author! quid dicam? teque tuumque
Partum *aurò* tegier commeruiffe *satis*.

Itò bonis aVibVs, aLIsqVe, qVla RobertI PatrIs, InsignIs faVtorIs,
In LVCEM proDIs.

OPERA AVTHORIS

Ita tuus tibi Confrater accinit

P. Gerardus Dirle, ejusdem Sac, ac
Exempt. Ord. & Monast. Profess,
p. t. Chori Regens.